qui confixerunt animam eius. Noli esse
amicus homini iracundo. neque ambules
cum viro furioso: ne forte discas semitas
eius. et sumas scandalum anime tue. No
li esse cum his qui defigunt manus suas.
et qui vades se offerunt pro debitis. Si enim
non habes unde restituas. quid cause est
ut tollat operimentum de cubili tuo? Ne
transgrediaris terminos antiquos: quos
posuerunt patres tui. Vidisti virum ve
locem in opere suo: coram regibus stabit. nec
XXIII. erit ante ignobiles. Quando sederis ut
comedas cum principe: diligenter attende
que posita sunt ante faciem tuam. et sta
tue cultrum in gutture tuo: si tamen habes
potestatem in animam tuam. Ne desideres
de cibis eius in quo est panis mendacii.
Noli laborare ut diteris: sed et prudentie
tue pone modum. Ne erigas oculos tuos
ad opes quas habere non potes: quia faci
ent sibi pennas quasi aquile. et volabunt
in celum. Ne comedas cum homine invi
do. et ne desideres cibos eius: quoniam in simili
tudinem arioli et coniectoris estimat quod
ignorat. Comede et bibe dicet tibi: et mens
eius non est tecum. Cibos quos comederas
evomes: et perdes pulchros sermones tuos.
In auribus insipientium ne loquaris: quia
despicient doctrinam eloquii tui. Ne attin
gas terminos parvulorum: et agrum pu
pillorum ne introeas. Propinquus enim eorum
fortis est: et ipse iudicabit contra te causam
illorum. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum.
et aures tue ad verba scientie. Noli subtra
here a puero disciplinam. Si enim percusse
ris eum virga: non morietur. Tu virga per
cutes eum. et animam eius de inferno libera
bis. Fili mi si sapiens fuerit animus tuus:
gaudebit tecum cor meum: et exultabunt
renes mei. cum locuta fuerint rectum labia
tua. Non emuletur cor tuum peccatores. sed
in timore domini esto tota die: quia habe
bis spem in novissimo. et prestolatio tua non
auferetur. Audi fili mi et esto sapiens: et di
rige in via animum tuum. Noli esse in con
viviis potatorum: nec in comessationibus
eorum qui carnes ad vescendum conferunt.
quia vacantes potibus et dantes symbola
consumentur: et vestietur pannis dormita
tio. Audi patrem tuum qui genuit te: et
ne contempnas cum senuerit mater tua.
Veritatem eme et noli vendere sapientiam:
et doctrinam et intelligentiam. Exultat gau
dio pater iusti. Qui sapientem genuit: le
tabitur in eo. Gaudeat pater tuus et mater
tua: et exultet que genuit te. Prebe fili mi
cor tuum mihi. et oculi tui vias meas custo
diant. Fovea enim profunda est meretrix: et pu
teus angustus aliena. Insidiatur in via quasi
latro: et quos incautos viderit interficiet.
Cui ve? cuius patri ve? cui rixe? cui fovee? cui
sine causa vulnera? cui suffusio oculorum?
Nonne his qui morantur in vino. et student
calicibus epotandis? Non intuearis vinum
quando flavescit. cum splenduerit in vitro
color eius. Ingreditur blande. sed in noviS
simo mordebit ut coluber: et sicut regulus
venena diffundet. Oculi tui videbunt ex
traneas: et cor tuum loquetur perversa. et eris
sicut dormiens in medio mari: et quasi so
pitus gubernator amisso clavo et dices. Ver
beraverunt me sed non dolui: traxerunt
me et ego non sensi. Quando evigilabo et
rursus vina reperiam? Ne emuleris viros XXIIII.
malos. nec desideres esse cum eis: quia rapi
nas meditatur mens eorum. et fraudes
labia eorum loquuntur. Sapientia edifi
cabitur domus: et prudentia roborabitur.
In doctrina replebuntur cellaria: universa
substantia preciosa et pulcherrima. Vir